

his postea esse visa. Ubi Freinshemius eandem insulam hic intelligi censet, quae a Philostrato III, 16. Σέληρα vocatur: itidem centum a continente stadiis abesse dicitur. At praeter Ashtola nulla ibi insula est, excepta minima aliqua in sinu Guttar. Schmid ad Versionem suam sic fabulam explicare studet: Indos ex opinione veterum fuisse vicinos Soli, quam ob rem Phaetontem per Indos ad patrem transisse. (Ovid. Metam. lib. II. in principio.) Hanc esse causam, cur Nosala Soli sacra putata fuerint. Solem vero, pro benigno rege habitum, cru-

delitatem nymphae tolerare non potuisse. Etiam Vincent pag. 271. fabulam pro vere graeca habet; Nereidem esse Circen vel Calypso translata ad Indos orientales; Apollinem esse Ulysssem. Similem esse fabulam de Myrmidonibus et Sparti Thebanis. Gronovius, non dissimile est, inquit, etsi in alia causa et eventu dissimili, quod in Aegeo mari fabulati sunt, referente Scholiaste Apollonii Rhodii I, 831: Αἰγαῖον πέλαγος ἐκλήθη ἀπὸ νήσῃ Αἰγῶν καλεμένης. αὕτη γὰρ ἱερὰ Ποσειδῶνος, ἐν ἣ μὴδένα κοιμᾶσθαι λόγος διὰ τὰ φαντάσματα τῶ θεῶ, ὡς φησι Νικοκράτης.

XXXII. Ὑπὲρ τῆς Ἰχθυο-  
 Φάγος Γαδρώσιοι ἐς τὸ ἄνω  
 οἰκέουσι γῆν πονηρὴν καὶ ψαμ-  
 μώδεα· ἐνθεν καὶ τὰ πολλὰ  
 κακὰ ἢ στρατῆ τε Ἀλεξάνδρω  
 ἔπαθε, καὶ αὐτὸς Ἀλέξαν-  
 δρος, ὡς μοι ἤδη ἐν τῷ ἄλλῳ  
 λόγῳ ἀπήγηται. Ὡς δὲ ἐς τὴν  
 Καρμανίην ἀπὸ τῶν Ἰχθυο-  
 Φάγων κατῆρεν ὁ στρατὸς, ἐν-  
 ταῦθα ἵνα πρῶτον τῆς Καρ-  
 μανίης ὠρμίσαντο, ἐπ' ἀγκυ-

XXXII. Supra Ichthyo-  
 phagos Gadrosii in mediter-  
 raneis locis terram sterilem  
 atque arenosam colunt: ubi  
 et Alexandri exercitus et  
 Alexander ipse multa in-  
 commoda perpeffus est;  
 quemadmodum jam in al-  
 tero opere narravi. Post-  
 quam vero ex Ichthyopha-  
 gis in Carmaniam perven-  
 tum est a classe, eo loco,  
 ubi primum ad Carmaniam

NOTAE CRITICAE AD CAP. XXXII.

2. ὠρμίσαντο — Optimus habet ἰδρύσαντο, quod non recepi,